



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

247. An sit probabilis opinio aliquorum asserentium non esse peccatum mortale copulam initam in Ecclesia ab vxoratis absque causa? Et docetur, quando dicatur Ecclesia polluta ex effusione seminis in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

communem sententiam Doctorum, memor illorum verborum Baldi assertentis, quod qui loquitur contra omnes, non bene loquitur. Recte itaque dixit Texeda in Theol. mor. to. 2. lib. 4. tr. 1. controu. 12. n. 92. Si roges, quid facere teneatur coniux, qui debiti petitione est priuatus ratione affinitatis contractus per adulterium & incestum, aut ratione voti castitatis, si grauiissimi carnis stimulis sit agitatus, ita ut illas vincere non possit: nam videtur eo casu licitam esse ei debiti petitionem, sicut licitam esse ei, quories senserit in conjugi altero incontinentia periculum. Dico tamen, in nullo casu licitum esse ei debitum petere: & idetem tenet uti carnis macerationibus, ieiunando, orando, aut disciplinis vires à carne auferendo. Neque est similis ratio de huiusmodi impedimento, quoties videt in altera conjugi periculum incontinentiae: quo casu licitum est ei ab ea debitum petere: quia tunc illa debiti petitio, non est formaliter petitio, sed redditio, & obligationis solutio; quod non evicit, quando incestus, adulterium, aut voto castitatis ligatus ad vincendas carnis tentationes debitum petit. Vnde patet responsio ad argumenta contraria.

5. Hinc infertur, quid coniux non tenetur reddere debitum viro, lepro, morbo gallico, &c. infecto, etiam si in gravi peccata carnis labatur, debitum non reddendo: quia patiens ad superandas tentationes carnis, vt ex Pontio, Coninch, Laymā, & aliis docet Palans tom. 5. diff. 3. punct. 4. §. 11. n. 4. alia plura remedia adhibere potest, quibus diuina gratia adiutus, illas vincat. Sic & in nostro casu. Ergo, &c.

RESOL. CCXLVI.

An sit probabilis opinio aliquorum assertentium non esse peccatum mortale copulam initam in Ecclesia ab exoritate absque causa?

Et docetur, quando dicatur Ecclesia polluta ex effusione seminis in illa, & ad hoc quid requiratur?

Pro quibus in texibus Resolutionis aliqui casus explanantur? Ex part. 11. tr. 8. & Miss. 8. Ref. 34.

Sup. hoc quod hic supponitur in tom. 1. tr. 7. Refol. 23. §. vlt. Sed legge eam per totam & in fra. 8. vlt. huius Ref.

§. 1. **S**uppono copulam absque causa factam in Ecclesia à coniugatis, esse copulam lethalem secundum communem opinionem Doctorum, quos refert, & sequitur Leander de Sacr. to. 2. tr. 9. diff. 25. 9. 30. difficultas est, an opinio cōtraria sit probabilis? Olim negatiū responebat Magister Decius Dominicanus, cui ego obstiti, & tunc adduxi Hurtadum de matr. diff. 10. diff. 4. n. 16. Basilius Pont. lib. 10. c. 10. n. 13. & alios penes ipsos, quibus nunc addo Martin. de San Ioseph in mon. confes. to. 1. lib. 1. tr. 50. de matr. n. 2. vbi sic ait: Probable sententia es la de los que affirmant, que tener copula coniugal en la Iglesia sin necessidad es pecado mortal, dizan, que es fin necesidad el no ser compelidos a habitar mucho tiempo en la Iglesia, v.g. quando estan retraidos, Suarez 3. p. 9. 83. ar. 3. diff. 81. c. 4. Henrig. lib. 9. de Miss. c. 27. n. 5. & alii plures, quos citat, & sequitur Sanchez. vbi sup. n. 12. Pero mas probable me parece, que no es pecado alguno tener la copula marital en la Iglesia, aun sin necesidad, porque no esta prohibida por Derecho natural, ni por el Diuino, in Ecclesiastico, ni quando en el cap. fin. de consecrat. Ecclesia se determina, que la efusión del semen humano, haze polluta la Iglesia, habla de la copula marital, sino de la forniciaria. Tienlo assi la glo. in cap. Ecclesiasticus, verb. semine, de consecrat. diff. 1. & multi Autores citati à Sanchez lib. 9. diff. 15. n. 7. Hucusque Martinus

2. Et idē hanc sententiam nouissime tanquam probabilem admittit Dicastillus de Sacr. tom. 3. tr. 10. diff. 9. dub. 5. n. 57. dico igitur probabilitatem & coniugalem in loco sacro, aut benedicto, non esse illicitum,

tum, nedum sacrilegum, quia in primis non est illicitus iure naturali, nec Diuino, vt patet. Deinde non bi enim reperitur Textus, in quo vel prohibetur, vel supponatur prohibitus, nam predictum cap. fin. de consecrat. Eccles. (qui solus Textus soler adhuc) non satis probat: quando enim ibi dicitur. Si Ecclesia, iuscumque fuerit femine, aut sanguinis effusione polluta, &c. non constat ibi esse sermonem de effusione coniugali feminis modo naturali, & debito; nam ad eorum verborum veritatem, sicut sanguinis effusio non coniugalis, & illicita contra castitatem, sive feminæ sit, sive viri, sive Clericis, sive von Clerici. Idque videtur indicari illis verbis, sicuti polluta, nam cum alias non constet, satis actuū coniugalem in Ecclesia esse prohibitum intuere reverentie Ecclesiae, non est cor dicatum eo actu pollui Ecclesiam, maximē cum codem tenore verborum ibi dicunt Ecclesiam pollui sanguinis effusione, & tamē non polluitur effusione sanguinis alioquin licet ergo licet non extenditur Ecclesia pollutio ad licitem effusione sanguinis, ita non videtur extendi ad licitem effusionem seminis. Ecclesia ergo iuxta probabile huc discursum tantum pollutur sanguinis, aut seminis effusione illicita, & non coniugali. Et quidem probat. Sup. huiusmodi etiam est, non quacunque illiciti effusio. sive in publica, id est, que confluo, liguntur, ne à reo facta in iudicio, aut facti evidenter venient, do. in multorum notitiam, vt contra Paludanum, Antoniu. Re. 12. n. 1. Rebell. Sanchez, Suan. & alios docent Valquez ac. 1. 2. diff. 98. n. 6. Tolerus lib. 5. cap. 8. Azot. et. 12. 20. cap. 26. q. 13. Basilius supra, & alij Recentiores

3. Et tandem post hæc scripta intentio hinc sententiam absolute docere Martinum Perez de Madrid, diff. 49. s. Et. 4. n. 7. & probat nullum esse peccatum coniuges copulentur in loco sacro, neq; Ecclesiam violari, sive copulentur in casu necessitatis, sive non. Quod etiam à simili comprobatur, nam effusio sanguinis quando iusta est, non habet specie sacrilegii.

4. Et ex hæc sententia colligitur primi, sola effusione seminis ex se illicita, & que cum peccato mortali fit, pollui Ecclesiam, & illam solam commissim in loco sacro habere habere speciem sacrilegii.

5. Colligitur secundum, neque etiam illa effusio. Sup. huiusmodi ne seminis illicita pollui Ecclesiam, nisi id delictum publicum, atque adeo si effusio occulta sit, neque polluitur, neque speciem habet sacrilegii. Sic Tolentus lib. 5. sum. cap. 8. Coninch. de Sacr. q. 8; art. 1. dub. 1. n. 13. o. Gabriel Vasquez in 1. 2. diff. 98. n. 6. Basilius augustinus Ponce citatus n. 15. & alij. Probatur manifesti rationibus. Primo, quia cum ea effusio seminis ideo tantum sacrilegium sit, quia ex constitutione Ecclesiastica locus facer illa profanatur, & tollit confessatio, aut benedictio; neque enim illa est alia ratio, ob quæ sit speciale peccatum, si ut notoria rautum effusio speciale sacrilegij peccatum sit. Secundo, cum reuerentia loco sacro debita consitiat in opinione hominum, non potest per prædictum illicitum tolli nisi hominibus innotescat, sicut homines non sunt de facto per crimina infames, nisi innotescant. Tertiū, sicut ob occulta criminata non potest inueniri publica penitentia, ne auctor iniuriosè diffameretur; at nec Ecclesia ob similia potest pollui, quia ead diffamatio sequeretur. Ultimum, quia alia res esset intolerabilis. Ponamus enim solam Parochium feire euinodi factum, hæredit perplexus, quia nec poterit sine turbatione omnino à celebrando in ea Ecclesia ablinere, nec poterit curare vt reconcilietur, quia non poterit probare factum, si rei negent, qui hoc non tenuerint fateri, quandiu non est salem semiplement probatum. Nec etiam liberè in ea poterit sicut antecepere celebrare; quia semper dubitabit an hic, & nunc sit sufficiens

sufficiens necessitas celebrandi in Ecclesia polluta.
6. Colligitur tertio, publicum in hac re dici, non quod iuridice probari posset, sed quod vel ipsa confessione rei in iudicio, aut evidenti facti in mulierum notitiam deuenit, & est quasi dissimilata Ecclesia, & denigrita eius reverentia, ut communiter docent Doctores. Vide si duo, vel tres, aut pauci homines scirent pollutionem, vel emissionem seminis in loco sacro admissam, adhuc nequequeret reconciliatio, neque esset speciale sacrificij peccatum.

*Sup. contencis in hoc §. in tom. I. tr. 7. legge do-
ctrina Ref. 83. & 84.*

7. Colligitur quartu, pollui Ecclesiam dicto actu publico factu tantum intra corpus Ecclesie, & non facto in terra, nec in cubiculis corpori Ecclesie adhaerentibus, nec in cellulis, seu tribunis, ex quibus Principes, qui domos Ecclesie coniunctas habent, audiunt sacram, nec in Sacristia. Huc vñque Perez.

*Sup. hoc su-
pra in prin-
cipio huius
Ref. & in to-
m. I. tr. 7. Ref.
85. §. 1. & 2.
& legi cam
per totam.*

8. Ex his à fortiori reprobandi venienti Paladatus 4. disp. 18. q. 8. art. 4. n. 20. D. Antoninus 3. p. tit. 1. cap. 20. §. 2. Caiet. verbo. Matrimonium caput. verbo. 6. Nau. c. 16. n. 2. Viuald. de Matri, vbi de debito coniugali n. 62. Armilla verbo debitis. n. 7. Valent. 10. 4. disp. 1. p. 6. generali q. 6. punct. 2. §. 7. Graffis in decisi. cap. 48. n. 2. Toletus lib. 5. c. 8. n. 14. Quos omnes, & alios referunt pro hac parte Sanch. n. 9. & Basilius n. 12. asserentes quod etiam sit mortale peccatum, dictus coniugalis actus exercitus in Ecclesia in casu necessitatis, v.g. quando coniuges diu sunt intra illam inclusi.

9. Sed contrarium dicendum est, nempe non esse mortale in proposito casu talem actum in Ecclesia exerciti. Quia probabilius est, Ecclesiam in casu necessitatis nolle obligare coniuges ad abstinentiam: sic Suarez 3. p. q. 8. 3. art. 3. disp. 8. 1. sed. 4. Henr. lib. 9. de Missa c. 27. n. 5. & l. 11. c. 16. n. 4. Petrus Ledesma de mar. q. 64. art. 7. concl. 1. & in sum. tra. de Eucl. a. cap. 20. diffic. 1. Bartholomaeus de Ledesma, Silvester, Castro Palaus, quos, & alios vñque ad 27. Doctores refert, & sequitur Sanchez loco citato n. 12.

RESOL. CCXLVIII.

An ex matrimonio nullo oriatur impedimentum publice honestatis? Ex part. 9. tr. 6. Ref. 49. alias 50.

§. 1. R espondeo affirmatiue, dummodo non sit ex defectu consensus: quidquid asserant Nauarri, Couarruicias, & Lopez, quorum opinio ante declarationem contraria Sedis Apostolica, probabilis videbatur: hodie tamen minime est vera, vel probabilis, nec tenenda vlo modo; sed contraria, nempe id minime esse correctum, sed adhuc stare, & id est oriri ex matrimonio rato irrito quacunque ex causa, praterquam defectus consensus, hoc impedimentum, ut nuncupat declarauit Pius V. Summus Pontifex in suo Motu proprio, incip. Ad Romanum s. p. anno 1568. vbi quod, cum multi dubitaverint, an Decretum Concilii Tridentini s. p. 24. de matrim. c. 3 intelligatur de sponsalibus de futuro, vel etiam de matrimonio de presenti non consummato, sic ait: *Auctoritate Apostolica tenore presenti declaramus, & definimus, Decretum Concilij, huiusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro ducantur, non autem in matrimonio (sic vt preferitur) contrafacto: sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante predictum Decretum Concilij, introductu erat.* Ita obseruant Nauar. in Manual. Latin. cap. 22. nn. 5. 7. Henrquez lib. 12. de marim. c. 10. n. 2. Gregorius de Valentia 4. part. disp. 10. quest. 5. punct. 3. Vbi de impedimento publice honestatis, & Thomas Sanchez lib. 7. disp. 70. n. 5. vbi addit, sibi non placere tempore, quod adhibet Emmanuel. S. a. verb. Matrim.

n. 12. vbi ait: [Si id matrimonium irrito sit occulatum, aut manifestum sit, fusse irrito, non oriri impedimentum.] & numeris seqq. Sanch. vbi supra, alia declarat, & deducit in proposito utilia apud ipsum videnda.

2. Sed his non obstantibus, nouissime Texeda in Theol. mor. 10. 2. lib. 4. tr. 2. §. 7. contr. 21. m. 2. 4. nititur adhuc sententiam Couarruicias defendere: sic enim ait: [Nihilominus existimo dicendum: ex matrimonio irrito adhuc non oriri impedimentum publice honestatis: quod tamen affirmo sub correctione, & salvo meliori iudicio: Et ratio mea est: quia Pontifex, quod dixit: Sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus, &c. nō loquitur de matrimonio valido absoluto. Et potest deduci non conténdendaratio ad hoc affirmandū: quia Pontifex loquitur de matrimonio, secundum quod de illo agitur in iure veteri ante Decretum Trident. ut manifestant illa verba: In omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante dictum Decretum, &c. Ergo, cum in iure veteri solū agatum de sponsalibus irrito circa predictum impedimentum, & non de matrimonio, ut confat ex d. cap. vnico de sponsalib. in 6. li. Summus Pontifex loquitur secundum ius antiquum ergo, cum ibi nihil agatur de matrimonio irrito, sed de matrimonio valido, imo nec de matrimonio, sed tantum de sponsalibus; iuxta Pontificis intentionem dicendum est, solū ex matrimonio valido oriri iustitia publice honestatis impedimentum] Ita ille Verum hanc sententiam Texeda nullatenus sustinendam esse puto; & præter Doctores citatos illam refellit Castrus Palauus tom. 4. disp. 4. punct. 10. n. 5. & Pontius lib. 7. cap. 35. num. 3.

RESOL. CCXLIX.

An ex matrimonio clandestino oriatur impedimentum publice honestatis?
Ex quo inferatur hoc impedimentum publice honestatis non contrahabatur ab infidelibus, unde si quis sponsalia in infidelitate cum aliqua contraxisset, eaque obiisset ante matrimonium consummatum, conuersus posset eius sororem in uxorem accipere? Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 5. alias 52.

§. 1. A d hoc dubium sic responderet Ioan. Praep. dub. 14. n. 12. ait enim: [Petes, an ex matrimonio clandestino oriatur hoc impedimentum, vbi Tridentinum receptum est: Rebelloius 3. p. de oblig. post lib. 4. s. p. 1. n. 102. ponit Congregationis declarationem in hac verba: *Praesupposita declaratione per Constitutionem S.D.N. Py. V. super hoc decreto, censuit Congregatio orihi hoc impedimentum publica honestatis ex sponsalibus per verba de presenti etiam nulliter contrahitis, omessa forma Decreti Concil. Trident. c. 1. huius sessionis.* Respondebat, non videri oriri: & dico, hanc declarationem non viderit ita certam, quam etiam plures alii Collectores non habent. Certè si tale matrimonium, ne quidem vim sponsalium de futuro fortis, non potest ex hoc capite impedimentum oriri. Non oritur etiam iure antiquo ex matrimonio invalido, cum nullo Canone, vel etiam consuetudine, de qua constet, hoc impedimentum oriatur ex matrimonio irrito. Nec etiam oritur iure Trident. quia nullibz in Tridentino extat huiusmodi constitutio.

2. Dices: Pius V. viderit declarasse hoc impedimentum oriri ex matrimonio invalido, ut pater ex Constitutione, Ad Romanum edita anno 1568. que refertur tit. 1. lib. 4. Septimi Decretalium cap. 2. Respondebat negativè: solū enim in genere statuit, & declarat, dispositionem c. 3. citata Concilij Trident. non intel-

ligi